



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum hypocrisis opponatur veritati? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

Ad tertium dicendum, quòd in simulatione, sicut in mendacio, duo sunt. Vnum quidem sicut signum, & aliud sicut signatum. Mala ergo intentio in hypocri- consideratur sicut signatum, quod non respondet signo. Exteriora autem vel verba vel opera vel quæcumque sensibilia considerantur in omni simulatione & mendacio, sicut signa.

ARTIC. III.

578

4. d. 16. q.
4. a. 1. q. 2
ar. 9 pro
ver.
cor.

Virum hypocrisis opponatur virtuti veritatis?

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd hypocri- sis non opponatur virtuti veritatis. In simulatio- ne enim siue hypocrisi est signum & signatum. Sed quantum ad vtrumque non videtur opponi alicui speciali virtuti. Hypocrita enim simulat quamcumque virtutem, & etiam per quæcumque virtutis opera: puta per ieiunium, orationem, & elemosynam, vt habetur Matth. 6. Ergo hypocrisis non opponitur spe- cialiter virtuti veritatis.

9. 55. a. 4

¶ 2 Præterea, Omnis simulatio ex aliquo dolo vi- detur procedere: vnde & simplicitati opponitur. Do- lus autem opponitur prudentiæ, vt supra habitum est*. Ergo hypocrisis, quæ est simulatio, non opponitur ve- ritati, sed magis prudentiæ vel simplicitati.

est Greg.
ibi li. 19.
c. 2.

¶ 3 Præterea, Species moralium considerantur ex fine. Sed finis hypocrisis est acquisitio lucri vel ina- nis gloriæ. Vnde super illud Iob 27. Quæ est spes hy- pocritæ, si auarè rapiat, &c. dicitur glossa. Hypocrita, qui latine dicitur simulator, auarus raptor est: qui dū iniquè agens desiderat de sanctitate venerari. laudem vitæ rapit alienæ. Cum ergo auaritia vel inanis glo- ria non directè opponatur veritati, videtur quòd nec simulatio siue hypocrisis.

ar. 1. hu-
ius qu.

S E D contra est, quia omnis simulatio est menda- cium quoddam, vt dictum est*. Mendacium autem directè opponitur veritati. Ergo & simulatio siue hypocrisis.

sex 13. et
24. 10. 3.

RESPONDEO dicendum, quòd secundum Philo- phum in 10. * Metaph. Contrarietas est oppositio se- cundum

cundum formam, à qua scilicet res speciem habet. Et
 idèò dicendum est, quòd simulatio siue hypocri-
 sis potest opponi alicui virtuti dupliciter. Vno modo, dire-
 ctè, alio modo indirectè. Directa quidè oppositio eius
 siue eius contrarietas, est attendenda secundum ipsam
 speciem actus, quæ accipitur secundum proprium obie-
 ctum. Vnde cum hypocri-
 sis sit quædam simulatio, qua
 quis simulat se habere personam, quam non habet, vt
 dictum est *: consequens est quòd directè opponatur
 veritati, per quam aliquis exhibet se talem vita, &
 sermone, qualis est: vt dicitur in 4. * Ethicorum. In-
 directà autem oppositio, siue contrarietas hypocri-
 sis, potest attendi secundum quodcumque accidens; puta
 secundum aliquem finem remotum, vel secundum
 aliquod instrumentum actus, vel quodcumque aliud
 huiusmodi.

art. prac.
 c. 7. to. 5.

Ad primum ergo dicendum, quòd hypocrita si-
 mulans aliquam virtutem, assumit eam vt finem; non
 quidem secundum existentiam, quasi volens eam ha-
 bere, sed secundum apparentiam, quasi volens videri
 eam habere: ex quo non habet quòd opponatur illi
 virtuti, sed quòd opponatur veritati, in quantum
 vult decipere homines circa illam virtutem. Ope-
 ra autem illius virtutis non assumit, quasi per se in-
 tenta; sed instrumentaliter, quasi signa illius virtu-
 tis. Vnde ex hoc non habet directam oppositionem
 ad illam virtutem.

Ad secundum dicendum, quòd sicut supra dictum
 est*, prudentiæ directè opponitur astutia: ad quam
 pertinet adinuenire quasdam vias appare-tes, & non
 existentes, ad propositum consequendum. Executio
 autem astutiæ est proprie per dolum in verbis: per
 fraudem autem in factis. Et sicut astutia se habet ad
 prudentiam: ita dolus & fraus ad simplicitatem. Do-
 lus autem vel fraus ordinatur ad decipiendum princi-
 paliter, & quandoque secundo ad nocendum. Vn-
 de ad simplicitatem pertinet directè se præseruare
 à deceptione. Et secundum hoc, vt supra dictum est*,

9. 55. a. 3.
 4. 6. 5.

9. 109. a.
 2. 4. 4.

Q 9 4 vir-

virtus simplicitatis est eadem virtuti veritatis: sed differt sola ratione: quia veritas dicitur secundum quod signa concordant signatis; simplicitas autem dicitur secundum quod non tendit in diuersa, ut scilicet aliud intendat interius, & aliud prætendat exterius.

Ad tertium dicendum, quod lucrum vel gloria est finis remotus simulatoris, sicut & mendacis. Unde ex hoc sine speciem non sortitur, sed ex fine proximo, qui est ostendere se alium quam sit. Unde quandoque contingit quod aliquis fingit de se magna, nullius alterius gratia, sed sola libidine simulandi: sicut Philosophus dicit in * 4 Ethicorum, & sicut etiam supra de mendacio dictum est †.

c. 7. 10. 5.
† qu. 100.
ar. 2.

ARTIC. IV.

Utrum hypocrisis semper sit peccatum mortale?

579
4. d. 16 q.
4. art. 1.
9. 3.
* in fin. cō
ment ad
c. 16. Esa.
30. 5.
gloss. ord.
ibid.
† al. pec-
catis.
* lib. 31.
c. 11.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod hypocrisis semper sit peccatum mortale. Dicit enim Hieronymus * Isai. 16. in gloss. quod in comparatione duorum malorum, leuius est aperte peccare, quam sanctitatem simulare. Et super illud Iob. 1. Sicut autem Domino placuit, & c. gloss. dicit, quod simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex peccatum. Et super illud Thren. 4. Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, dicit glossa *, Scelera animæ planguntur, quæ in hypocrisim labitur, cuius maior est iniquitas peccato † Sodomorum. Peccata autem Sodomorum sunt peccata mortalia. Ergo & hypocrisis semper est peccatum mortale.

¶ 2 Præterea, Gregorius dicit 31. * Moralium, quod hypocrita ex malitia peccat. Sed hoc est grauissimum: quia pertinet ad peccatum in Spiritum sanctum. Ergo hypocrita semper mortaliter peccat.

¶ 2 Præterea, Nullus meretur iram Dei, & exclusionem à Dei visione, nisi propter peccatum mortale. Sed per hypocrisim aliquis meretur iram Dei: secundum illud Iob 36. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei. Excluditur etiam hypocrita à visione Dei; secundum illud Iob. 43. Non ueniet